

PANEGYRICUS

Virtuti & Fortunæ

Inclitarum Affinium Familiarum,

LIGIÆ ET ANHALDINÆ;

Honoriq; Heroicarum Nuptiarum,

*Illustrissimorum Celsissimorumq; Principum
Sponsorum,*

D O M I N I

CHRISTIANI,

Ducis Silesiæ Lignicensis &

Bregensis,

ET DOMINÆ

LOYSÆ,

Principis Anhalti, Comitis Ascaniæ,

& Ballenstedt &c.

VIII. KAL. XBRES A. C. cId Id c XLVIII

Deffavie, splendida cum solemnitate

Conjugandorum,

Vrasislavia missus & dicatus


â

CHRISTOPHORO COLERO

Magno eorum Nomini & Numini Devotissimo,

WITTEBERGÆ

Typis Johannis Röhneri Acad. Typogr.



Illustrissimi, Celsissimiq; Germanico

Juvenuntis Principes SPONSA.



Egimus Polemonem; cum ei unanimi
myrtaorum consensu splendidum
obeurda Legationis munus, ad litera-
tissimum Imp. Roman. Hadrianum.
Aug. oblatum esset, ac inter alia hoc me-
merabile obrigisset, ut Scopeliano sapi-
entissimo & eloquentissimo Oratori, & multis legatio-
num documentis celeberrimo, succederet, & jam in-
procinctu staret, Deos suos fictitios propitios rogasse,
ut sibi lampade quasi tradita armata illa & delensifica
Scopeliani Antecessoris sui Svada adesset, qua posset
maximum Principum, & Civibus suis, & sibi concilia-
re, atq; ad usum publicum & proprium, hoc velut ama-
torio philero adducere. Ac ut Legatus novus quod-
dam pondus precibus, & vocis suis adderet, ut erat na-
tura & arte alliciendis hominum voluntatibus mirè ef-
ficax, divinum illum senem, Clazomeniorum illa ata-
te Nestorem, arcte amplexus & osculatus, hoc Homeri
versu, vel Delphico potius Oraculo ita affatus esse fer-
tur:

Da mihi, quaso, tuis humeros armariis armis.

Quam moris & oris comitate mac miram & efficax stu-
dium concilianda sibi hominum gratia promeren-
diq; amoris, atq; inprimis modestie gloriam, neque
summis mortalium spernendam, ac Diis ipsis aestima-
tam, in Polemone suo dignissimo Optione, procul du-

A 2

bio,

bio, defessus ille curis & annis Scopelianus non sine lacrimis ingenuis candidi animi testibus, inter reciprocum amplexus, & alternantia oscula, illum in hunc sensum affatus est: O Polemo, ipse probè memini, me olim gloriæ seniorum succrevisse, & ad meam qualemcumque domi & foris partem, Te confurgentem latus aspicio. Spariam nactus es, hanc orna. Orsus ego sum telam, tu favente Minervâ eam detexes. Capeffe Provinciam, quam Cives tui, præspecto virtutis merito, tibi ultro offerunt.

Entibi decurfor vixisti lampada trado!

Ac nunc Svada suis in te mea transeat armis!

Polemonem etiam, transfuso quasi Scopeliani genio & spiritu, Oratoria illius arma æquè tractasse, vel illud rei fidem adstruit, quod ab Hadriano Principe, alioquin, ut solus sapere videretur, obliquo eruditus, de tam dextrè obito Legationis munere, in honorem & Legantium Civium suorum, & proprium Legati, magnificè & munificè exceptus, atque Musæio Ægyptio, quod ad imitationem Ptolemæorum Evergetarum instituerat, adscriptus est. Simile quiddam mihi hoc temporis puncto accidere videtur, dum ad vestrum, INCLITI PRINCIPES SPONSI, Principalium Nuptiarum Solemne, in hac publicâ celebritate, tam arduum Panegyricæ laudationis onus, vix summis & eminentissimis sustinendum ingeniiis, in humeros meos ferendo longè impares, suscepim. Cogitanti enim mihi de tantâ negotij expediendi difficultate, nimirum vires ingenij mei nimis exiles, nervos doctrinæ & iudicij enerves, lacertos & toros exercitationis adhuc infirmos fore, imminens sanè periculum ob oculos versabatur, ne, ut fabulosi illi audaculi Icarus & Phaeton magnis exciderem ausis. Quemad-

modum

modum nulli mortalium est datum, immensam maris undosæ mensuram solo oculorum interitu, ac externo arbitrio complecti: ita tam illustrium Domorum & Personarum infinitas Virtutum & meritorum laudes, à nemine, quantumvis eloquentissimo, Virtute Orationis, & vi dicendi comprehendere posse, ultro statuo. Cum enim augusta & celsa regiarum & principalium rerum fastigia, charactere dicendi sublimi & magnifico sint exæquanda, & per negotiorum celsitudines, procyl habitis causarum minutiis, currendum sit, Hercule robusto & toroso, non Astyanacte delicatulo, aut Atlante humeroso opus est quodam, qui humeris suis cælum quasi terrestrium Deorum sustentet, nec oneri ferendo succumbat. Sed quicquid sit, licet mensuram tenuitatis meæ probè sciam, tamen cum in vitâ humanâ duo utramque facere paginam videantur, vera in Deum religio, & in Principes illius in terris Vicarios Christianum devoti animi officium meum, esse paravi, in celsissimam Illustrissimarum Ligie & Anhaltina Familiarum Bigam, utriusque suo loco & tempore de Germaniâ communî patriâ, deque aliis regnis & provinciis, per tot seculorum decursus pace & bello optimè merita, meam conscientiam & voluntatem, publico famæ iudicio testatam facere. Cum igitur ex religione conscientia mihi, vel aliquid potius dicendum, quam planè silendum sit; ut Polemo ille sibi armatam Scopeliani Antecessoris sui eloquentissimi Svadam; ita ego mentis recessibus, ac oris mei labiis non mel Platonicum aut Xenophontæum, nec Ambrosij ambrosiam, & nectar, quæ commentitia aut vix verisimilia esse videntur, sed domesticas Ultriusque Principalis Domus Svadas, vi & maiestate dicendi olim armatas, Venire ac Gratias vinctu-

A 3

latas,

latus, penitus inesse cupio, & desidero. Circumspicienti enim mihi in Anhaltinis Artibus, quas Dāniel Eremita, homo Lucianici ingenij, & ut olim Petrus Aretinus Italiae suae dictus, ita ille Germania Principum flagellum dicendus, ob speciosam magnificentiam, ac preciosam munificentiam, & gratiosam venustatem, laudibus caelo adaequavit, ac, quod exotici alias parcae faciunt, Italiis suis divitiis & delitiis comparavit, Tergeminum, Aulicorum & Politicorum mihi occurrunt; nominatim *Fridericus Schillingius*, Patritia Vrat. slavienſium Nobilitatis flos illibatus, Svadaq; Medulla: *Tobias Hübnerus*, ut rebus insigniter in togā gestis, ita inprimis immortalis Bartasianae Hebdomadis, ac aliis ē Gallico Idiomate feliciter translatis, celebratae famae interpres: demum *Theodoricus Wardenus*, Eques in Armis & Literis pariter ambidexter, ac ob utrumq; pridem invicto Regi Arctoo amatus & honoratus, ac caelestissimā *Torquatus Taſſi* poëſi in nostrum tam obstetricante Minerva idioma translata in famae templo claratus & aeternatus est. Alter Charitum Aſcanienſium Chorus triformis est; initio *Caspar Peucerus*, Medicus, Philosophus, & Orator eximius, versatilis olim fortunae utriusq; pila & ludibrium, Anhaltinis Principibus apprimē charus: dein vivacibus fecundi ingenij foetibus aeternus *Gregorius Bersmannus* celebris Servestani olim Gymnasij Epicharmus, Poëta & Orator clarissimus: deniq; *Christianus Becmannus*, Theologus & Orator, editis diversis ingenij monumentis pridem orbi literario decantatis, amicus dum viveret, mihi venerandus. Domus verò Ligia, benignissima eminentium ingeniorum nutrix, intra hos viginti, aut quod excurrit, annos aluit summos Boleslavia Silesiorum oriundos hosce Triumviros, *Casparum Kirchne-*

Kirchnerum, *Martinū Opitium*, & *Bernhardum Guilielmum Nüſſerum*, Omnes arcani status sui Ministros, ac Consiliarios fidelissimos. Quorum ille in ipso Aulicae Vitae suae primordio, inter minas majorum rerum gerendarum, culmine eminentiae vix degustato, florentē avo, statu, ac fortunae favore, praemissus fato occubuit. iste in promontorio Balthici maris Gedani, in ministerio tum Ligiae Dōmūs, tum D. Vladislai IV. Regis Poloniae praegloriosissimi, in medio consultoriae ac scriptoriae gloriae praerceptus, arhitinum suum *Kirchnerum*, satis urgentibus secutus est, caelebs relictis duabus fertilissimi Ingenii Gnatabus, Germanicā scilicet Poëſi, & Antiquā Daciā. Hic illorum ultimus, non sanguine iis, sed genio cognatus, cum Lignitij, tum Bregae, per XX. annos, dexteritate & fide nemini Mercurialium virorum, dum viveret, secundus, praecipuē concipiendi scribendiq; ut erat volucris & ignei homo ingenii, facilitate, & felicitate planē admirabilis, & paucis imitabilis, Principibus Ligis & Patriae laudabiliter inservisset, Vratislaviae, quō se recuperandae valetudini receperat, tabe diuturnā confectus, inter suorum & amicorum commiserantium manus ac amplexus, ex terrena aula in coelestem & aeternam revocatus, animam tam benē de Rep: ac Publicis Parentibus meritam, sibi mutuo datam, Deo Servatori Suo resignavit, relictis pulcherrimis fertilissimi ingenii sui foetibus, partim publicatis, partim inscripſis amicorum adhuc delitescantibus, ac obstetrices Evergetarum & fautorum manus expectantibus. Si itaq; voti possem compos fieri, ex penitā animi mente optarem, ut mihi illorum Sēmonum, vel univſorum conjunctim, vel singulorum separatim, Svada transfusā quasi animā adesset, vel potius inesset; quos, si humana curarent, de communi-

cando

cando siquid suo scribendi genio sollicitatos, vel in fo-
mniis admonitus à Mercurio, illo eodem Mercurij yatis
versu ita alloquerer:

*Anima illustres, vestris permittite votis,
Quæso, meos vestris humeros armariet armis.*

Quod si ejusmodi damnatus voti fuero, licet utriusque
profapix Principalis tanta sit celsitudo, tanta claritudo,
tanta dignitas, tanta majestas sit, ut nihil nisi perfectum
ingenio, & elaboratum industriâ, ac limitatum judicio
afferri debeat, quod famæ præconium, & historia fidem
exæquet, tamen, cum proprio nequeam, mutatio ge-
nio & Spiritu, quasi alatus toros & lacertos Eloquentiæ
movebo. Eâ de causâ in primis mihi lætandum, & ani-
mo exultandum esse videtur, quod in hoc raro & paucis
tacto scribendi genere, talis & tanta mihi materies sit
oblata, in qua Oratio nemini deesse potest. Etsi verò
tâm splendida Prælustrium Heroum Panegyris, & so-
lemnis tot summorum Principum congressus, me non
mediocriter turbavit, tamen vestra divina & regina-
principalium Virtutum Clementia, ac lenissima indul-
gentia in quosvis, præcipuè verò in eruditos nominatissi-
ma, me signum Bonæ spei tollere jussit. Quemadmo-
dum enim Sol, publicus ille mundi oculus, quo remo-
tior est, eò efficaciores in terram desuper spargit radios:
ita quoque, Illustrissima terrarum Sidera, Magni Prin-
cipes, me vobis devotissimum ex longinquo, sereno &
benigno vultu, respecturos, ac absentem, radiis vestræ
Gratiæ sparsis, quasi animaturos esse, firmiter confido.
Nam Vnusini Oleris vox Phæbeja mihi est:

Principibus placuisse Viris, non ultima laus est.

Dicendum autem mihi primum de Principalium Ligia
& Anhaltinæ Familiarum Virtute & Fortunâ: dein de
obus.

Virtu

Virtutibus & dotibus Sponsarum: tum de publicâ &
privatâ hujus Principalis Conjugii utilitate: deniq; de
debito voti apprecandi officio. Si vellem Origines utri-
usq; Familiæ, ut antiquissimæ ita illustrissimæ, verustis-
simas & longinquas investigare, vereor, cum Majores
nostri, belli magis, quam pacis artibus dediti, quibus
rectè factorum sola erat ex conscientia merces, planè si-
luerint, ne ad fabulas & figmenta prolabar. Verum quia
ipsa rerum magnitudo & multitudo mihi aciem inten-
tionis abruptit, terrarum mensores sequens, qui uni-
versum terrarum orbem brevi tabellâ inclusum exhi-
bent, Stemmata utriusq; gentis brevi & loquente picturâ
comprehensa dabo. Ligia itaq; Familia, quæ inter Re-
gias regni Polonici Septima numeratur, ortum suum,
Progenitori tot majorum suorum Primo PIASTO, de-
bet. Hic Crusviciæ olim civis, Cosiconis filius, pro se-
culi illius barbari, ac gentis Sarmaticæ tum incultæ,
simplex & rudis, justus tamen & beneficus in egenos,
atq; in peregrinos pro fortunarum suarum modo ho-
spitalis: qui extincto Popielo tyranno, post breve inter-
regnum, in Comitibus Crusviciensibus, summâ Senatûs
Populiq; Polonici consensione Rex electus & inaugura-
tus est. Nec id sine prævio miraculo, si Annalibus Po-
lonicis credendum, accidit. Nam Piaustus suscepto ex
Repichâ Uxore Vnigenito, regnante adhuc Popielo, pro
ritu gentili primam infanti recens-nato comam tonsu-
rus, & nomen impositurus, amicos ad Rituale illud in
privato lare Sacrum celebrandum, porco mactato, &
mulso vasi infuso, invitârat. Antequam verò dies lu-
stricus adveniret, duo homines ignoti habitu viatorio,
comiter ab eo hospitio excepti sunt; quibus exceptis, &
porcina caro, & mulsum, accrevère: quibus accremen-

B

tis

tis conspectis vir optimus, non tam cives, quam Regem
ipsum postea vocavit. In praestituto igitur Electioni
conventu idem Piasus congregatos regni Proceres, gravi
tunc annonae incendio laborantes, ex promptuario suo
pro virili juit. Unde miraculo illo evulgato, una voce
omnes Piasum, non humanis suffragiis, sed divino in-
dicio & iudicio ostensum, repertum & electum fuisse, pro-
clamarunt. Hospites suo pietatis officio defuncti, quos
alii missos e caelo Legatos, alii Divorum Johannis &
Pauli Martyrum, non ita pridem a Juliano Desertore,
sanguinario, mactatorum, animas seu stranes, pro coe-
ta temporum illorum superstitione, fuisse acriter con-
tendunt, subito evanuerunt. Cum autem ab omnibus
electus, imperaturus omnibus, culmen illud regii ho-
noris & oneris, cui gerendo & ferendo sese imparem
fore existimaret, quod bene imperaturi signum erat, pro
insita modestia recusaret, universi Eligentes in domum
recusantis Candidati, affluerunt, & ut labanti Reipub:
succurreret, enixe precibus urserunt. Quapropter vi-
cta modestia, gubernacula Regni capeffens subditos su-
os, beneficiis ac premiis, & remediis lenioribus, quam
rigore severioris disciplinae & poenis asperioribus, in
officio continuit, eosque temperanter habuit, ut bonos
praevio maluerit exemplo invenisse, quam imperio fe-
cisse. Sed cum ultra semissem integri seculi, cum mul-
ta aequitatis & munificentiae laude, regnans, CXX annos
natus, decrepitu senex, ex oneroso & arumoso regno
terreno, ad beatum illud Patris coelestis, tranquillum,
tutum, securum, ac aeternum vocatus esset, Filius ejus ex
Repicha prognatus, ob merita Divi Patris immortalia,
ac paternarum Virtutum possessionem, omnium judi-
cio capax imperij, successit. Cujus gesti regiminis, nec
8 alia

alia domi facies, ac olim illo regnante, quam coeli sere-
ni ac nitentis: foris tamen belligerans a Moravis, Prus-
sis & Pomeranis, multas laureas ille reportavit. Ab ex-
cessu illius LESCLUS IV. Filius ejusdem, & post hunc
Zemomislus, electi: quos ambos Scriptorum penuria,
aut incuria inglorios omisit. Quorum posterior Micis-
laum caecum natum, & transacto demum aetatis septen-
nio, visu praeter omnem expectationem recepto, regni
haeredem reliquit. Hic licet initio Imperij foedis ido-
lomaniae gentilis foecibus conspurcatus, ex regia fortuna
tantum licentiam usurparet, tamen ducta Uxore Chri-
stiana Dambroula, Boleslai Ducis Bohemiae Filia, & su-
scepto Christianae Fidei scuto, fortiter Virtutis viam in-
gressus est, & templa ac sacra vero Deo, abrogatis ido-
lis Ethnicis, erexit & instituit, ac moriens Filium suum
Boleslaum cognomento Polonici idiomatis CHRO-
BRUM, sive acrem bello, digito quasi monstratum, ut
dignum capeffendo regno, commendavit. Qui ab Ot-
tone III. Imp. ex vigore Imperatoriae Majestatis, Polo-
niae Rex legitimus declaratus & nuncupatus, bella domi
cum fratribus suis factiosis gessit; quibus ejectis ex Ju-
ditha Geisae Regis Pannonum Filia Micislaum filium
cum consensu Ordinum successorem designavit. Hic
Rex ex Rixa Ezonis Palatini Filia Casimirum I. initio a
Polonis una cum matre ejectum, postea ex Cluniacensi
coenobio revocatum, Successorem habuit. Cui defun-
cto Boleslaus Audax successus est: qui cum in hostes pa-
riter ac suos, servitutis impatientiores nimij rigoris ex-
empla statueret, ab iis folio deturbatus, fratrem aequio-
rem & mitiorem Vladislaum succedentem agris vidit
oculis, qui fraternam severitatem, lenitate attempera-
vit, & fraternum terrorem, & insecutum odium amore
B 2 muja-

mutavit. Sed cum ab excessu hujus, fratrum & posterorum dissidia regni, & insertarum Provinciarum dissidia concitarent, ac Boleslaus, cognomento Distortus, moriturus Vladislao II. Primogenito suas, & reliquis hujus fratribus certas ditionum portiones testamento assignasset, & hic ex Asse hæres esse bello contenderet, à fratribus pulsus, apud Divos Impp. Conradum III. & Fridericum I. Barbarossam exul tredecennis confugit, quorum opera, Fratribus & Ordinibus Poloniae & Silesiae reconciliatus, cum in domuitione Plodeci, non absq; suspitione veneni dati, exspirasset, Vladislai illius Filiis Provincia Silesiae attributa cessit. Quorum Primogenitus Boleslaus Altus sive Procerus, Interioris meditullium; Secundogenitus Mieslaus Superioris; & ultimus natus Conradus I. Inferioris Silesiae partes occuparunt. Altus itaque, cum à morituro Conrado Lasconogo, sive Loripede, Glogoviensi Duce, hæres scriptus esset, ex ira & invidia Mieslai excitatum inter Fratres exarsit bellum, quod tamen interventu Casimiri Poloniae Regis Cognati, àquis Legibus sopitum est, ita, ut Silesia posthac bipartita, non tripartita, ut antehac, foret, & Principes divisi Lignicenses & Teschinentes fierent. Hic Boleslaus Patri exuli Comes, in Comitibus Herbipolitanis Imp. Friderico Enobarbo supplex factus, cum eodem Casare in Italiam bellatum profectus, postquam singulare fortitudinis suae & roboris bellici, prostrato quodam Longobardico Gigantæ staturæ & molis Equite, in patriam reversus, debitas sibi Silesiacæ Ditionis partes, domi bonis pacis artibus laudabiliter rexit, donec relictis vivacibus bonarum Legum, & Constitutionum latarum, ac munitissimarum arcium, ac Cœnobij Leobusiani, in quo ipse situs est, monumentis, atq;

atq; ex Adelheidâ, Sorore Conradi IV. Imp. alterâ Conjuge, Filio, Henrico, Barbato, legitimo Ditionum suarum Hærede suscepto, excefferit. Qui Henricus Patre rebus humanis exempto totam propè Silesiam sortitus, terram adhuc silvis, desertis, ac spelæis ferarum informem & asperam coluit, atq; ex stramentitiâ quasi lateritiam effecit, exstructo præcipuè, ad instinctum D. Hedvvis Carniolanæ Principis, Trebnicensi Virginum Vestalium Cœnobio, in quod primæ illarum Ordinis Cisterciensis, Bambergæ, ubi Hedvvis frater Præsul fuit, sanctimonie & custodiæ castitatis laude tum celebres huc traductæ fuerunt. Cujus exstruendi occasio, & post XVI. annorum spatium exstructi nomen mirificum & commemorabile est. Illa erat talis, quod Dux Henricus reus voti, quod illic loci equo delapsus, ac in profunda palude propè absorptus, susceperat, promissum sanctè præstaret; Nomen verò inde adeptus est Sacer ille locus, cum absoluto ædificio Dux ex Vestalibus quæreret, An quid amplius poscerent, illæ polonicis verbis responderint, Trebnitz, id est, nulla te amplius indigemus. Qua Monialium responsione, & Ducis Barbatî nuncupatione ac jussu Trebnitzium audire cœpit. Hinc Henricus persuasum sanctissimæ Conjugis suæ, divisis suis ditionibus inter tres Filios, Boleslaum, Conradum, & Henricum postea Pium cognominatum, ad Optium Pietatis ac Devotionis illo seculo ita creditum concessit. Sed cum Fratrum rara sit gratia, & quod vinculum amoris esse debebat, dissidij ac belli causa est facta, idem Velle & idem Nolle; illo concordie fraternæ ob herciscundæ inæqualitatem hereditatis disrupto, Pater facti pœnitens Patriæ gubernacula in se recepit, ac rerum-

B 3 potiens

potiens gemino divinitus periculo liberatus est. Nam cum Suantopulus Gubernator Poloniae à Lescio Poloniae Principe datus, turbator pacis publicae, insidias, Lescio & Henrico reconciliatis hostibus suis, struxisset, ac utrumque in balneo deprehensum persequens, Lescum in fugam trucidasset, Henricus divina ope, & fide Peregrini Wisenburgii Aulici sui, hominis Germani, qui semet gladiis tot irruentium scariorum objecerat, gladioque transfixus in Henrici Domini sui prostrati corpus proiecerat, servatus, & lecticâ, clam Vratislaviam reportatus est. Deinde idem Henricus, cum prodicione quorundam Polonicorum Equitum à Cunrado Principe Poloniae captus in arcem teneretur custodiâ, Consilio pientissimae Hedvigis Conjugis suae, ac auxilio Henrici Pii divinitus liberatus; Ubi reliquum vitae in pio otio Crosnae transegit, donec ibidem septuagenarius animam inter tot pericula & fluctus fortunae inquietatam, Sospitatori suo redderet, relicta Henrico Pio, Liberatori suo legitimâ ditionum suarum successione. Hic Princeps sine exceptione sui cognominis, Ecclesias fundis, & proventibus ditans, ac privilegiis dotans, atque Vratislaviae Monasterium S. Clarae extruens, in barbarorum irruptione, cum prius Matri ac Coniugi, suis desiderabilibus charitatibus, Ultimum Vale dixisset, ac in fausti ominis ergo togulam inter exeundum de templo Mariano lapsa, frustra tacto capite praemonitus fuisset, in acie acriter in confertos hostes irruens, ac prostratis multis barbarorum, fortiter pro Patriâ pugnans, tandem lanceâ confossus, pulcherrimo mortis genere, tanquam gloriosissimus Victor & Triumphator occubuit. Caput quidem ipsi à barbaris abscisum, & palo affixum in spectaculum abdu-

abductum & ostentatum est: Corpus verò ab Uxore, Annâ Ottocari Bohemiae Regis filiâ ex sexto sinistri pedis digito agnitum, Vratislaviae ad D. Jacobi depositum est. Occiso Patri Boleslaus Calvus de hereditate cum fratribus dissidens, & Lignitium obtinens, varias fortunae utriusque vicissitudines expertus, ex Hedvige Anhaltina tres filios, Henricum Crasum, Boleslaum, & Bernhardum suscepit. Quorum ille, optimus Princeps, sed variis casibus obnoxius, ac intestinis Cognatorum dissensionibus & curis confectus praematura morte obiit, atque ex Elisabetha Boleslai Poloniae Principis filia, tres impuberes reliquit filios, quibus Boleslaum Ducem Schvidnicensium Tutorem constituit, ac puberibus in divisione Henrico VI. Vratislaviensem, Vladislao Calvo Lignicensem, & Boleslao Bregensem, Ducatus possidendos destinavit. Sed irreconciliabili trium illorum Fratrum dissidio perpetuo gliscente, totius Silesiae à regno Poloniae discidium secutum est. Boleslaus verò, vivus & incolumis adhuc filiis suis Wenceslao & Ludovico Lignicensem Ducatum concessit, quibus illius Primogenitus Rupertus succedens, & sine prole, decedens patrueli suo Henrico Ludovici filio, cui in praelio fortiter dimicanti, vulnus seu stigma inflictum, cognomentum Stigmati peperit, possessionem hereditatis suae Testamento adjudicavit. Cui pace & bello Optimo Principi Filius Ludovicus II. ex Salome Principe Masoviensi progenitus, omnibus virtutum principalium ornamentis instructus, ex Terra Sancta, quod pro temporum illorum pietate profectus, ac ibidem à barbaris captus, & divinitus liberatus fuerat, in patriam reversus, successit, & Lignicensem & Bregensem Ducatus cum

cum pari prudentia & iustitie laude gubernavit. Qui cum ex priore Coniuge Elisabetha Hungarica Viragine, quam pronubo ipso Sigismundo Imp. duxerat, nullos suscepisset liberos, atq; ex Elisabetha Friderici I. Burgavij Norimbergensis tum recens creati Septemviri Brandenburgici Filia, parario eodem illo Imp. ducta, suscepto sibi cognomine filio orbatu esset, Henricum IX. fratrem suum Duce Lubenatem heredem ex asseripit. Hic in controversia inter Albertum Austriacum & Casimirum Jagellonicum de regno Bohemie agitata, ad quod capeffendum ambo a suis partibus electi, etsi cum aliquot aliis Silesie Proceribus Polonum maluisset, tamen deliberata re Alberto potiori proco adhærens, lubricam belli alcam subire noluit. Ab Huius Principis excessu, cum iure nature & gentium ad legitimos heredes, suos filios Ludovicum III. & Rupertum Equitem Rhodiensem Lignicensis hereditas devoluta esset, Lignicenses neutrum illorum ad principalem sedem admittere voluerunt. Quorum Primogenitus pacis & tranquillitatis amantior, Lubenæ sua sorte contentus, principem, suarum urbium armis recuperare noluit, sed injuriam divinæ vindictæ commendans, piè obiit, relictis ex Margaretha Oppolienfi duobus filiis Johanne & Henrico X. Quorum minor natu Goldbergæ caelebs mortuus, major natu Lubenæ residens, cum a Lignicensibus bello petitis, in acie fugatus esset, paulò post præ mœrore animi consumptus periit, relicto, ex Ludovici II. filia Hedyvige, (quæ in sinum mariti dotis loco Ducatum Lignicensem ferre debebat) unico filiolo impubere Friderico I. Hæc virilium curarum Princeps matrona, perpetuis conjugij & viduitatis calamitatibus non fracta, sed erectior, Deo Bonæ Causæ

Adjutori confidens, tam diu æquo animo sortis asperavit, donec seditione exorta, nonnullis Senatorum, qui se Vladislao Jagelloni Bohemie Regi proprio ausu dederant, occisis, ac regio Præfecto ex Urbe ejecto, a civibus fidelibus solenni cum iubilo & pompâ Lignitium introducta est, cum filio Friderico legitimo hærede Ducatus. Quibus peractis Ambrosius Birschinius Consul Lignicensis dux & auctor defectionis ad Regemfactæ, capite plexus meritis proditoris & perfidiæ suæ poenas, aliis in perpetuum cautionis exemplum, dedit. Fridericus Juventutis Silesiæ Princeps, paulò adultior, ut tirocinium aulicæ vitæ & illustrium morum poneret, initio in Marchionis Vrici Anspacensis, hinc in Septemviralem Brandenburgicam, postremo in Georgij Podibradij Bohemie Regis, aulas & conubernia se contulit, atque in ijs, tanquam veris ac liberalibus illustrium personarum scholis & palæstris, usq; ad pubertatis annos, cum egregio suo & publico fructu commoratus, donec in Patriam redux rectarum ditionum suarum non sine intimo prudentissimæ Matris gaudio, ac applausu Subditorum, capefferet, ubi ducta Regia Heroide Ludomillâ Podibradiâ Ducatum suum, ut diligentissimus Paterfamilias, prædijs, villis, piscinis, & aliis fructuarijs proventibus melioravit, ac ditavit; exstructa verò in monte Gradetio arce, munivit & ornavit, atq; Bregâ Bicinâ, & Crucibergâ, quæ Principibus Oppolienfium & Ratiaborienfium oppignorata erant, summâ aris non contemnendâ redemptis, ampliavit. Cum verò illius Socer Rex Georgius, Hussitica Religioni addictus, a Pontifice Romano bruto ictus fulmine, ac solutis ab obsequio

Subdi-

Subditis, omnibus illius affeclis idem indictum esset, ipse quoque Fridericus partibus Soceri diutius adhærens, à Legato Pontificio Rudolpho Episcopo Lavatino, idem fulminis periculum expertus; sed qui opera Alberti Marchionis Brandenburgici, Matthiæ Corvino, in abrogati Georgij locum, dispensante ita rem Capitolino illo Jove, subrogato, Vratislaviæ reconciliatus, ac sacra illa proscriptione, quam Bannum Decretales vocant Canones, absolutus, ditiones suas ex gratia Hunniadæ Regis recepit. Qui tanti beneficij memor, omni decoro obsequio, ac stipendijs per biennium, contra hostes Bohemos & Polonos factis, Regem sibi adeo devinxit, ut ei Supremas Provinciarum confinium Silesiæ & Lusatiæ Præfecturas crediderit. Verum crudo fato præventus cum ingenti Illustrissimæ Viduæ, trium impuberum Filiorum, & subditorum luctu, in ipso ætatis flore, pie & placide obiit. Quorum natu secundus Johannes II. contracto in Italia morbo, in Patriam reversus Patrem brevi secutus, non sine desiderio Matris profundo, ut herba solstitialis subito emarcuit. Tertius natu Georgius I. qui in primis Juventæ annis in aula Maximiliani I. Imp. vixit, & ex Augusta Regia domum reversus, Breganum Ducatum sortitus est, quem, cum ex Anna Bugislai Ducis Pomeraniæ filia nullos hæredes suscepisset, moriturus Friderico II. Fratri Primogenito reliquit. Qui minoræ ætatis adhuc in Hungaria apud Regem Vladislavum, (quem vel à bonitate, vel ipsi familiari vocabulo, quo omnia bene gesta approbat, DOBERSI, hoc est, Optimum Principem, illa ætate cognominarunt,) in regia Budæ aliquandiu degit, ac decoris obsequijs gratiam regiam demeritus, postea majoren-

nis à Matre Tutrice Pupilli, & Administratrice Pupillarium ditionum, & rerum, ipse Spartam ornandam suscepit. Hic certè omnium Silesiæ Principum primus est, qui abrogatis Pontificiorum ceremonijs & traditionibus, Orthodoxam à Magno illo Christiano Hercule purgatam, veræ & salvificæ Fidei doctrinam invicto animo introduxit, ac introductam suis Subditis unice tenendam commendavit. Quemadmodum verò publice in Ecclesia & Politia laudabiliter consilia & actiones instituit, ita quoque domi suæ eadem cum prudentiæ laude præfuit & profuit. Nam proxeneta Johanne Turzone, Episcopo Vratislaviensi, Elisabetham regiam mentis & formæ Nympham Casimiri III. Poloniæ Regis filiam duxit: quâ post biennium in puerperio extincta, post biennis Viduitatis intervallum, alteram Conjugem, Friderici Marchionis Brandenburgici & Sophiæ Jagellonicæ filiam, Matri cognominem, sibi elegit; eo ipso anno, quo summam Provinciæ Præfecturam, nomine Regis Vladislai accepit. Ex illa Heroïna Fridericum III. Georgium II. ac Soppdiam Heroïdem postea Joachimo II. Septemviro Brandenburgico nuptam, felix Pater genitos vidit. Quâ secundâ Coniuge sibi desideratissimâ è vivis sublata, Fridericus II. solatium acerbæ viduitatis suæ à Reip. curis & negotijs petens, Lignitium Urbem ædificijs sacris & profanis, mœnibus, vallibus, ac propugnaculis & munitiorem & ornatiorem fieri curavit; ac erecto Gymnasio Goldbergensi, cujus regimen Valentino Trocendorffio, Discipulo communium Germaniæ Præceptorum Lutheri ac Melanthonis non postremo, commisit ac inter alias has sollicitudines, spiritum benè de Ecclesia Christi propaganda meritum

Servatori suo commendans, filiis suis Friderico III. Lignicensi, & Georgio II. Bregensi Ducatibus, hereditario jure possidendos tradidit. Fridericus itaque III. Patre adhuc superstite, studiis Principi Viro profuturis, ac fructuosis, per Italiam, Galliam, & Belgium institutis Peregrinationibus expolitus, domum reversus hortatu Patris matrimonium cum Catharina Henrici Ducis Megapolitani filia inijt, ex qua Henricus XI. Catharina Friderico Duci Teschinenti, & Helena Sigismundo Curtenbachio Baroni, nuptæ, provenerunt. Sed nescio an fortuna cum moribus mutata, animos hominum oecoccare solita, ubi vim suam ingruentem frangi non vult, occultis sanè rerum causis, Fridericus hic domi infelix, magnam rerum suarum, Regis præcipuè Ferdinandi I. gratiæ excidens, jacturam fecit. Quas calamitates spissas & continuas, toto vitæ spiramento, forti animo tulit, ac posteris in documentum dormitorio suo inscribi curavit: Libero lecto nihil jucundius. Nam cum multis ærumnis natus, calamitatum mollementum, & delinimentum consuetudinem habuit, quæ gravissima quæq; familiariter pati docet. Siquidem cum sciret omnem vitam servitium esse, conditioni suæ asse fieri didicit, & quam minimum de illâ questus esset, nihil sibi tam acerbum esse existimans, in quo non æquus animus solatium inveniat. Nec novercans fortuna ludo in Patrem satis longo satiata, in filium quoq; primogenitum Henricum XI. injurias suas & vim extendit; quasi hic Princeps Juventutis tam duro fato, & in pœnam Patris luendam genitus esse videretur. Ille quidem Patre adhuc superstite, in aula Curatoris sui Georgij II. Bregensi, in vera Augustanæ Confessionis Reli-

Religione, ac aliis studiis Principe dignis institutus est, & postea hortatu Patris in aula Ferdinandi I. vixit, ac puber factus in Comitibus Augustanis obsequia Domino suo præstitit: nominatim cum Ferdinandus Carolo V. Fratri, qui se biennio ante mortem Imp., raro exemplo omnibus suis regnis spontè abdicaverat, Exequias sumptuosissimo apparatu celebraret, inter alia Ceimelia, Paludamentum, Sceptrum, Pomum, & alia imperij & regnorum Ancilia, Imperatorium Gladium cum inaurato Capulo & Cruce prætulit: demùm Confessione suæ fidei editæ ac juramento fidelitatis præstito, permissu Cæsaris, Lignicensis Dioceseos regimen capessit. Idem in expeditione Turcica sub Auspiciis Maximiliani II. Imp. ductu Lazari Schvendi, prudentissimi juxta ac fortissimi Herois, cum Patruo suo Georgio II. Bregensi Duce in Hungaria militans, nomine Silesiæ Ordinum, multa egregia prudentiæ & fortitudinis specimina edidit. Sed à Martio militaris gloriæ campo, ad idem Fortunæ domesticæ ludibrium reversus, paucis post annis, nullis ex Sophia Marchionis Georgij Anspacensis superstitiis liberis masculis, suam ditronem universam, cum omnibus fortunis celsit & post varias favientis Fortunæ tempestates tandem Cracoviæ exul spiritum ex captivi corporis carcere, in cælestem vindicavit libertatem. Fridericus quidem IV. justitiæ & pacis publicæ, tanquam Princeps sui nominis, rationem imprimis, veritatis & propositi recti tenacissimus, modo non ære paterno & fraterno admodum pressus, & triplicis Conjugij brevitate, ac liberorum vix ephemerorum orbitate, accurarum planè decumanarum, gravitate, attritus & confectus, Vigilia Palmarum, sibi quasi

quasi gratulari visus, isto se tempore à vitâ migrare,
quo Christi sanguis maximè in Ecclesia Christi ferve-
ret; animam roseo Christi sanguine mundatam Deo
resignavit, ipso sibi maximè fatali mense Aprili. Eo
enim & vitæ suæ & imperij cursum cœpisse, & utriusque,
Deo ita providente, finiisse, Historici pariter & Mathe-
matici observarunt. Cujus excessu Ducatus Lignicen-
sis vacuus ad patruum illius Joachimum Fridericum,
Georgij II. Climacterico magno, viris magnis sæpè fu-
nesto, sublato, filium solum, cum Johannes secundoge-
nitus in flore ætatis sine liberis decessisset, legitimo suc-
cedendi jure cecidit. Joachimus Fridericus paterna-
rum Virtutum exactus hæres, ad principalis fortunæ
cultum singulari cum curâ Parentum suorum educa-
tus, latinâ lingvâ ita excultus, ut commodè proponendâ
eloqueretur, & aliorum proposita, exactè intelligeret,
adultus in aulâ Electorali Brandenburgicâ nobile
septennium transegit; inde in Patriam redux, à Johan-
ne Georgio Septemviro Brandenburgico Legatus in
Poloniam missus est, ut Nomine Electoris & Ducis Bo-
russæ, Inaugurationi Regis Henrici Valestij adesset: qui
etiam non multò post ab eodem Septemviro Principe
in Comitatum ad Comitatus Ratisponensia, in quibus
Rupolphus II. Patri Maximiliano II. Imp. futurus Suc-
cessor, Rex Romanorum electus, adscivit. Quo eodem
auctore, ut credo, Septemviro, cujus Filius Joachimus
Fridericus, postea in Electura Patri successus, tum verò
Archiepiscopus, & Germaniæ Primas fuit, Præpositu-
ra, ut vocant, Archiepiscopalis Capituli illi concessa
est. Quia verò acceptæ uni dignitati facilius aliæ accre-
scere solent, ita non multò post assumptam Ecclesiasti-
cam

cam curam eidem à Principibus & Ordinibus Silesiæ
summa rerum militarium directio commissâ fuit. Qui
Princeps in publicis negotijs actuosus, prudens, & cir-
cumspectus, in medio gloriæ rectoriæ curriculo, festi-
natis vegetæ senectutis insignibus, cum luctu, non tam
suarum ditionum, quam totius Silesiæ, quæ publici Pa-
rentis elogio nuncupatum honoraverat occidit: reli-
ctis tamen in solatium, & quasi Caput Bonæ Spei, ex
Anna-Maria Anhaltina Heroïna, Joachimi Ernesti lau-
datissimi Principis filia, Duumviris Filiis, Johanne
Christiano & Georgio Rudolpho, qui ut Pollux & Ca-
stor, benigna nautis sidera, in his publicis ac decumanis
patriæ tempestatibus salubriter affulserunt. Quorum
major natus heroicæ planè indolis, studiis Principi Ju-
ventutis necessariis & decoris, domi forisq; imbutus,
ac in aulis magnorum Principum, præcipuè Electorali
Brandenburgicâ, Academiâq; Argentoratensi enutri-
tus, moderante nobilissimo Equite Adamo Stangio, in-
stituta, vitæ principalis & aulicæ magistrâ, per Galliam
peregrinatione, subactus, ubi Lutetiæ Parisiorum, in-
spectato Henrico Magno, Principibus regij sanguinis,
Paribus ac alijs summis Regni Officialibus, Curia su-
prema, Academiâ ut antiquissimâ, ita ampliosissimâ, Pa-
latiis sacris & profanis, ac alijs florentissimi illius regni
urbibus, castellis & portibus perustratis, monitu Tu-
torum suorum & Administratorum, Caroli II. Ducis
Monsterbergici, Wenceslai Zedlicij, ac Melchioris Se-
nitzij in patriam ad suos feliciter reversus est. Quo
facto, præstita prius Divo Rudolpho II. Imp. & Regi
Bohemæ, ac Ordinibus Patriæ, recepto antiquitus mo-
re in Regiâ Juramento, regimen Bregani Ducatus, cum
applau-

applausu & gratulatione subditorum suorum suscepit: ac in ipso auspicio Privilegium Regium, de Autonomia Religionis, Literis augustissimo Majestatis titulo armatis, publicari fecit. Ac cum ad majora nitenti compar matrimonium decus & robur afferat, ex Brandenburgica Electorali Domo, cum Ligia aliquot reciprocorum matrimoniorum vinculo arctissimè conjuncta, Dorotheam Sibyllā Divi Johannis Georgij Septemviri filiam duxit. Quæ felix uteri princeps Matrona, numerosa utriusq; sexus sobole Patrem beavit: superstitionibus adhuc principalibus hæredibus, Triga Fratrum Germanorum Celsissima, Georgij, Ludovici, & Christiani; ac florentissima Heroidum Biga, Sibylla Margaretha, & Sophia Elisabetha; quarum major natus Perillustri Despotæ Gerardo Dānhofio Palatino Borussiae, ac Regni Polonici Senatori amplissimo, altera minor natus Carolo Fridrico, ultimo Monsterbergicorum Ducum, non ita pridem sublato, nunc moestissima Vidua, nup'um datae sunt. Quia verò Johannes Christianus multum consiliis rectis & jerectis, ac auctoritate sibi congenita, & rebus gestis aucta, plurimum valuit, Principum & Statuum Utriusq; Silesiæ nomine semel ad Rudolphum II. enervem tum Nervam, Optimum Principem, ac bis ad Matthiam illius Optionem, Impp. & Reges Bohemiæ, ablegatus est. Idem ad Matthiam Imp. nomine Silesiæ totius publico, in cooptatione Ferdinandi II. Pragæ, & sequenti anno Viennam missus, DEO, Regi & Patriæ fidus mansit, donec decumanis circumgyrantis belli fluctibus variè jactatus in Borussia satur vitæ & seculi, in manibus Filiorum suorum, quos ad se paulò ante evocaverat, Pridie Natalis Dominici A. C. clc lpc XXXIX.

è mili-

è militante hac Ecclesiâ in Triumphalem emigravit. Divi Johannis Christiani Fratrem Germanum Georgium Rudolphum, Ligii Ducatus Dominum, in allevamentum laborantis, & tantum non exspirantis patriæ adhuc servatum incolumem, pro dignitate & meritis laudare, non est desultoriæ prædicationis, sed serij alicujus & victuri carminis, & Panegyricæ laudationis singularis, aut æterni Annalium operis materia: cujus divinas laudes, eminentia domi & foris ingenia, nominatim Martinus Opitius V. C. passim in Germanica sua Poësi, ac nuperius V. A. Nicolaus Henelius JC, immortali Panegyrico suo, merita Principis dictis exæquando, celebrarunt. Quorum laboribus si quid astruere vellem, novum Iliados opus minari viderer. Interim cum magni hujus Principis, Patris Patriæ, & summi studiorum & ingeniorum Evergetæ Virtuti & Honori injuria fieret, nisi præmissa Pietatis professione, laudatis tot illius Majoribus, levi & brevi Characterè delineatus, prolusione cuidam serio meditamento factâ in antecessum, exstaret. Is nondum adhuc decennis utroq; Parente orbatus, sub tutelâ Affinis sui Caroli Monsterbergici, & Wenceslai Zedlicij Consultoris & Adjutoris fidelissimi, præceptore elementario usus, Conrado Passelio JC. per omnem principalium studiorum cultum, pueritiam adolescentiamque transegit; ac hinc adjuncto sibi Ephoro Johanne Muccio, fido Achate, postea ejus Consiliario, in Marchicam Affinis sui Septemviri Academiam, maturiorum studiorum causâ profectus, ac editis ibi experimentis, consilio & hortatu Illustrissimi Tutoris sui, præspectis Germaniæ Illustrioribus Urbibus & Academijs, per Noricum, Vindelicos, & Tirolen-

D

sem

sem tractum, trans Alpes in Italiam, pulcherrimam illam terrarum perrexit. In quâ non tantum Romana, priscorum Heroum exempla in historijs memorata, in ruderibus & ruinis monumentorum panè obruta, marmorum & saxorum fragmentis semiesca, arrosa, & panè corrosa nomina, sed etiam viva nostri ævi Virtutum simulacra, ac spirantes maximorum, medioximorum, ac minorum principum imagines; Romanæ Monarchiæ eminentiam, statuum Regionum potentiâ, Ducalium magnificentiam Rerum publicarum, præcipue Principis Venetæ, reverentiam contemplatus & admiratus est. Hinc perlustratâ principe olim Orbis terrarum & dominarum gentium Italia, per Helvetiam libertatis sedem, in Alsatiâ, & viso ibi Argentorato, Helvetiorum ut amicâ, ita quoque libertatis asserendâ quodammodo æmula, per Lotharingiam Galliæ suburbium, Parisios, hoc est Compendium Galliæ, imò Europæ Orbis, contendit, ac visis ibi videndis innumerabilibus in Belgium, veram Martis & Palladis scholam, profectus, visis portibus Hispanicis & Batavicis, ac provinciis Regiis & Liberis, Flandriâ, Brabantia, Hollandia, & Frislandia peragratis, per Julienses & Clivenses Ducatus, tum de Successione controversos, ac jure belli commissos, per superioris Germaniæ Civitates & Imperiales, visitatis nonnullis Germaniæ Principum auliscum fructu acquisito studiorum & peregrinationum triplice, scientiæ, prudentiæ, & morum, suo ipsius & publico, ut navis preciosissimis onusta mercibus, in Patriam reversus est. Quia verò & ad studia, & ad consilia patriæ publica, instrumentis, & vivis & mortuis opus est doctoribus, & consultoribus, foris inter peregrinandum cum

viris

viris doctis & sapientibus collocutus est, atque inter sarcinas suas optimorum librorum copiam asservavit; domi verò doctos & prudentes in aula sua habere, in mensa alere est solitus, & adhuc solet; ac studiis promovendis ac juvandis Bibliothecam Aulicam, adhibitis ad id negotij viris exquisitis, Kirchnero, Opitio, Nüslero, Halmannis, alijsque. Cum autem in arduo Imperij feliciter gerendi onere Opus sit, magnis adjutoribus Principalium curarum, usus est Viris summis, Stangijs Adamo & Henrico patrue libus, ac Andreâ Geislero prudentissimo & Eloquentissimo Nestore suo. Ac nunc Venerandus hic Senior Domus Ligie, qui ipse gloriæ avitæ succrevisse novit, patruos suos Triumviros ad patrium & patruum exemplum certatim amicâ æmulatione eminentes exultans aspicit, ac in communi periclitantis patriæ navi rectoriâ, novos Palinuros exemplo suo animat, ac ut emeritus cursor ijs lampadem tradit. De illis quidem nunc esset differendi locus, nisi mihi compertum esset, illos satis amplis doctoribus, scilicet Majoribus suis instructos esse, ac alibi de illustrissimis Dominis Georgio à me aliquid dictum, de Ludovico, cum Heroide Megapolitanâ desponsato, in futura Nuptiarum celebritate commodior in posterum erit occasio; denique de Christiano Sponso cum sua Sponsâ Loysâ Anhaltinâ in præsentem aliquid dicere urget festi Nuptialis sole mnitas. Jam itaque satis quidem pro ratione temporis habendâ, sed non pro argumenti sublimitatē, de Domus Ligie Dignitate dixi: restat ut de Anhaltinâ nunc etiam aliquid subjungam. Tradunt curiosi nonnulli Illustrium Familiarum inquisitores, Ascaniam gentem, ut antiquissimam, ita nobilissimam, ab Ascanio,

D 2

canio, Gomeri filio, Nepote Japeti, Pronepote Noachi Patriarchæ, custode sacri ignis, hoc est, ut interpretantur, veræ Religionis & doctrinæ, ex longinquo suam derivare originem. Ille enim ex natali solo, quod ultra Phrygiam in Bithynia versus Cimmericum Phosphorum ad Ascaniam paludem sedens, socijs Caycis & Cimbris, in Septentrionis plagas migrasse, & sedem ac domicilium suum ad nemus Hercynium transtulisse dicitur: ubi inter tot rerum humanarum vicissitudines, imperiorum conversiones & everSIONES, posterius illius Ascanij, à primò ipsorum adventu, in hunc usque diem, & nomen soli semel occupati, & primas retinuerunt sedes. An verò primi hujus Domus conditores ab Ascanio Phrygiæ fluvio, qui hodiè in Tabulis Geographicis Ascu nominatur; an ab Ascanio portu, in Æolide Asiæ, an Ascanio sinu apud Nicæam Urbem, aut lacu sub Cio, ita dicto, piscibus copiosissimo, provenere, otiosis investigandum, relinquo Originum Gentilium Conjectoribus. Nam conjectant illa, & confusa verisimilia aut mera commenta, & Sabinorum somnia, nec affirmare, nec refellere mihi nunc animus est. Danda est hæc exoletæ vetustati venia, quæ miscendo humana divinis, ut Origines illustrium prosapiarum, & primordia augustiora faciat, ad Deos ipsos, aut semideos primigenios refert. Cum igitur vetustissimæ hujus Familiæ prisca & antiquata planè sint nomina, atque ideo desit facultas omnes fecundissimæ hujus arboris frondes singulas numerandi, secutus morem calculatorum, qui ingentes summas ære breviori exprimunt, personas Principum virorum illustriores, omisis inglorijs, ac sequioris sexus, non nisi quantum necessitas rei exigit, notis saltem

saltem characteristicis designabo, non verborum flumine aut fulmine res gestas perorabo. Quamobrem tutius & securius ad proximiorum Ascaniæ Gentis radicem, Hercyniæ nimirum Ascaniæ & Ballenstedij Dominos accedemus. Quorum Heroum priscorum agmen ducit Bernvvaldus, sive Bernthobaldus I. Hedvigattonis filius, dictarum ditionum, primigenius possessor; qui Theodorico Austrasiæ & Burgundiæ rege Saxones contra Thuringos in auxilium vocante, ex XII. in Saxonia Tetrarchiis dux militiæ creatus, multum laudis & Saxonibus auxiliaribus & sibi ductu suo peperit. Bernthobaldus II. contra Francorum Reges Clotharios Duumviros Avum & Nepotem, electus Rex Saxonum, & supremus militiæ Dux in prælio fortiter occubuit. Cujus Successor Bertholdus contra Dagobertum Magnum Franciæ Regem ductor, etsi initio victor, tamen denique victus in acie, heroico mortis genere periit. Beringeri I. varia fuit Fortuna, qui initio Saxones suos tributo annuo liberans, denique victus, amisso Ballenstedio suo, Saxonibus idem tributum annuum impositum prohibere non potuit. De Berengario II. nihil memorabile legimus, nisi quod Bathildis ejus soror, virgo raræ formæ à Clodoveo II. rege Francorum in arce Ballenstediana capta, & in Franciam abducta, fide Christiana initiata legitimo ipsi thoro juncta est, quæ Saxonibus tributum remissum impetravit. Beringerus III. filius II. sine liberis moriens ditionis suæ proximum agnatum Aribertum hæredem scripsit. Qui tyrannidem Francorum Regum fugiens in Italiam cum multis alijs Socijs concessit, ac apud Constantem Imp: Juniores stipendia meruit, à præmij loco castrensis titulo Principis Ur-

fini honoratus, postea in Germaniam cum copiis remissus, & pellendis Sorabis & Henetis, Septentrionalibus populis, Saxonia Praefectus tanquam murus oppositus est. Quid memorem de Aribone Berengerio, qui cum Griphone in ipsius fratrem Pipinum Franciae Regem conjurans, ab ipso acie victus, & in Ascaniam artem fugatus est, quam victor postea, ne esset hostibus suis receptaculum, solo aquavit. Verum calamitate exiliisui non fractus, sed erectior factus, cum Caroli Magni exercitus a Witikindo Saxonum Rege fusus, ab eodem victore, recollectis copiis victoricibus, acerrimo cladis accepta vindice, victus, cum Witikindo in Daniam profugus, paulo post clementi Carolo victori reconciliatus, sua ad Harcyniam & Visurgim territoria recepit. Nec sine injuria Christianismi Berengerus primus Comes Ascanii, & Ballenstedii a Carolo Magno constitutus, praetereundus est, qui ab eodem illo e sacro fonte susceptus, & ab Hildegrino primo Halberstadiensium Episcopo baptizatus, susceptoris sui nomen Caroli adeptus est. Silentio praetereo Griphonem captum, & in Franciam abductum, qui dominium postea in Aquitania accepit: cujus posteris Friderico I. Imperante castrum extruxerunt, quod novam Ascaniam nuncuparunt. Transmitto Popponem, qui cum Gundovina Ludovici Pij Imp. Rom. filia dotis loco Anquieranum Aquitaniae Ducatum accepit. Procul habeo Albertum II. Ursinum, qui contra Comitem Anquieranum in Galliam exercitum duxit; & Otthonem III. Comitem Ascanium, Consiliarium & supremum copiarum ductorem Imp. Henrici Aucupis in bello Pannonico: Albertum III. eodem imperante Ducem cum firmo praesidio Henetorum

rum irruptionibus in Marchia Brandenburgica oppositum: Esicum II. bello Hungarico ad Martispurgum, & Henricum ejus fratrem, Imp. Aucupis Ducem contra Sorabos, ambos occisos. Transeo Esicum III. ab Otthone Magno cum manu Martispurgica contra Bohemos missum; qui quidem solus Saxonum auxiliaribus copiis adjutus victoriam obtinuit; ac, licet securius exinde in castris degens, a Boleslao Bohemorum Duce insidijs circumventus occubuerit, tamen Imp. cladem illam vindicante, fuso hostium prostratorum sanguine, manibus Herois illius abunde parentatum est. Posthabeo Albertum V. Comitem Ascanium & Woelspenseni, Dominum Berenburgii: cui Henricus II. Imp. Veterem Marchiam, Hudero ademptam, ob occultas cum Henetis machinas & conspirationes, concessit, quem tribus praelijs victum a finibus procul repressit. Spono nunc Sigismundum, qui agnatae suae Marchionissae Salisquellensis conjugatus, ex progenito Ernesto duas familias in unam redegit. Mitto Ericum Marchionem Salisquellensem titulo tenus non possessione, cui Pribislaus I. Obotritorum regulus Imp. Henrici IV. jussu veterem Marchiam intercepit; relinquo Ottonem cognomento Magnum & Divitem, qui ducta Magni Saxoniae Septemviri filia, non sine Helica, dotis loco Marchiam veterem recepit; Vandalosq; & Henetos ferocissimos populos, & perpetuos hostes, ab Imp. Henrico V. contra Lotharium Saxoniae Septemvirum evocatos, ingenti ad oppidum Cothenium praelio fudit; ac quidem eodem nefasto die, quo ipse Lotharius ad Guelforum silvam Imperatorium exercitum internecione delevit. Sed & Antiquissima Ascaniensis Domus, quam singulari fato & forte

forte nascendi, ac privilegiis Imperatorijs præmines
alijs Illustribus Germaniæ Familiis, quod duplex Electo-
ralis dignitas penes te olim steterit, Brandenburgica
quidem ab Alberto Urso primo Marchionum Branden-
burgicorum veterum Progenitore, ac Ottone illius pri-
mogenito stemmatis hujus propagatore, Saxonica verò
Bernhardo primo auctore & satore. Ursus enim ille
à dignissim a Viropincipe pulchritudine corporis Pul-
cher cognominatus, Lothario Saxoni Imp. in multis
periculosissimis bellis vario quantumvis eventu fidelem
navavit operam. Ac in Italia Saracenos à finibus ar-
cuit, & domesticos insuper Germaniæ hostes ab irru-
ptionibus compescuit. Ob præstita hæc contra perduel-
les auxilia, in præmium meritorum, Marchiam cum
præminetia Septemvirali, vetere familia Marchio-
num Electorum, ex Comitibus Stadensibus oriundo-
rum, extinctâ, à Friderico Ænobarbo Merseburgi in Co-
mitis accepit. Quâ dignitate & potentiâ auctus novas,
ex inferiori Saxonia, Westphalia & Frisia bellicosas gen-
tibus collectas, colonias obices & muros contra miscel-
laneam Henetorum, colluviem opposuit. Ab hoc Al-
berto Pulchro, rebus humanis exempto Septemviratum
Brandenburgicum cum insertis terris, ejus Filius Pri-
mogenitus Ottho I. sortitus est, à Pribislao Obotritorum
regulo è sacro fonte levatus; qui cum Wichmanno
Magdeburgensi Archipræsule, & Ulrico Halberstadien-
si Præsule, variâ fortunâ bellum gessit, ac Ottocarò Bo-
hemiæ Regi contra Belam Pannonum Regem abduxit.
Patri Filius Ottho II. Elector successit: qui cum alijs
Principibus Christianis, contra juratos Christiani no-
minis hostes tam strenuè ac fortiter pugnavit, ut ab Hen-
rico

rico VI. Imperatore Hierosolymis, balthei militaris or-
namento insignitus fuerit, in patriam reversus, sexennio
post Ludolphum Magdeburgensem & Conradum Hal-
berstadiensem, Pontifices, acri ad Bissam fluvium com-
misso prælio superatos cepit. Cui sine liberis defuncto
Albertus II. Frater ipsius in Electoratu suffectus est, fide-
lissimus Friderici II. Imp. Achates; qui contra Syros,
Sclavos, Henetos, Pomeranos, avitos paternosq; hostes
Episcopos res gessit maximas. A cujus excessu ad Jo-
hannem I. ejus Primogenitum Electoratus devenit: qui
cognomento Prudens, pacis artibus, quàm belli, instru-
ctior, tanquam religiosus Numa, & solers Ancus ædifi-
cator sacra & profana, per continua bella avita & pater-
na collapsa & diruta, partim restauravit, partim nova
exstruxit, emporiumq; ad Viadrum Francofurtanum
instituit. Fratri Johanni Ottho III. duobus Pij & Bene-
fici cognomentis insignitus, qui antea communi cum
illo aulâ & mensâ usus fuerat, successit: qui hæreditario
bello Episcopali initio prælio victus & captus, ingenti
auro tandem redemptus, redintegrato postea bello, æ-
quiorè fortunâ usus Magdeburgensem Hildebrandum
captivum abduxit, & Ludolphum Halberstadiensem in
acie dissipavit, & fugavit. Qui etiam ob singularem
prudentiam cum pari imperatoria Virtute, cæso Gui-
lielmo Imp. Comite Bataviæ ad summum Imperij Ro-
mano-Germanici capeffendi fastigium invitatus, illud
magno animo, quod alijs tanto ardore & cupiditate im-
perandi ambiunt, modestè recusavit. Hunc ardentissi-
mum Romulum bellatorem, alius Numa religiosus,
alius Ancus Ædificator excepit, qui Ducatum Silesiæ
Crofnensem ab Henrico Pio Duce sibi oppignoratum
E posse-

possedit, varia Monasteria in terris suis, & tempore ex-
struxit, ac redditibus ditavit. A cuius obitu Otto IV.
Marchio Elector, Sagittarius ideò dictus, quod in obsi-
dione Stasfortensi sagittâ ictus eam ferream per inte-
grum anni vertentis spatium Capiti infixum retinuerit,
à Gunthero Schivartzenburgico Archiepiscopo Magde-
burgico, cum Fratre captus, postea dimissus, fortunam
reverentius habens, in pace & otio tranquillo conse-
nuit. Illius successor in Electoratu Marchico fuit Con-
radus admodum senex effoetus & enervis, qui ex qua-
druplici Coniugio nullis susceptis liberis Joanni III. Pa-
truo, lampadem tradidit: qui eodem fato Princeps, Li-
berorum exfors Waldemaro bellicoso, Septemvirum
reliquit. Hic quidem initio cum Rudolpho Duce Sa-
xonia Septemviro manum ad oppidum Prisciam infe-
liciter conferuit: sed postea aequiore Marte Megapolenti-
se prope Stargardiam bello aggressus est feliciter, inde
in Misniam & Lusatiam prædabundus irrupit, Frideri-
cum cognomento Admorsum Marchionem Misnie
vindictandi danum avidum cepit, inferioremq; Lusa-
tiam pro belli sumptibus retinuit, maiora procul dubio
ausurus, nisi in primo belli contra Ericum Dania Ro-
gem gerendi apparatu, & medio bellica adorea cur-
su præreptis, ad plures Majorum suorum abiisset.
Quemadmodum verò eminen & procera arbor duo-
bus maioribus ramis, tanquam brachiis, in varias fron-
des & furculos sese expandit: ita quoque Arbor Alcania
in duos Majorum gentium Electorales ramos in Bran-
denburgicum & Saxonicum sese olim extendit. Nam
Alberti Urbi secundogenitus Filius Bernhardus in Co-
mitibus Herbipolitanis, in locum Henrici Leonis abdi-
cati,

ti, ab Imp. Friderico Barbarossa Dux Saxonie Elector
nuncupatus & inauguratus, ditione Saxonica ad Albim
in suam potestatem redactâ, primus sedem suam Wite-
berge fixit, ac insignibus suis Trabes auratas & nigras,
rutaceum sertum (quæ hodiè adhuc Duces Saxonie ge-
runt) inseruit, atq; Henrico VI. Cæsari, Imperium Ro-
mano Germanicum in patrimonium gentis suæ armatis
precibus sollicitanti, & oblatâ aurisummâ licitanti, stre-
nuus libertatis Germanicæ assertor restitit, atq; constan-
tia animi immotus effecit, ut omnia hac in re nonnul-
lis promissa ac rata irrita fierent. Hunc illâ ætate,
Brutum ac Servitutis depulso rem filius ætatis Privilegio
secutus est Albertus I. Sacri Rom. Imperij Prætorio Præ-
fectus, qui antea in aula Friderici II. animosissimi Imp.
educatus, sub eodem summo Principe stipendia meruit,
cum victo Woldemaro Dania Regis exercitu, Lubeca
Cimbris erepta Imperio restituta est. Idem Elector
eundem Cæsarem in Asiam & Egyptum bellatum secu-
tus, ad Pelusium, seu, ut alij volunt, Heliopolin, Ducis
fortissimi, & victoris gloriosissimi nomen, laudante
ipso Imperatore promeruit. Hunc in Saxonie Electu-
ra & Suprema Prætorij Imperialis Præfectura excepit
Albertus II. filius natu major, qui tribus Septemviri-
bus Comitibus Electioni Rudolphi Habsburgici Austria-
cæ Augustalis familia Conditoris, Adolphi Nassov. &
ceteris hoc, Alberti I. Austriaci, Imp. Cæs. Augg. cum
summa prudentia, iudicio, ac auctoritate suffragandi li-
berâ interfuit: sed cum sinistro fato Orthoni IV. Septem-
viro Brandenburgico socius belli contra Guntherum
Præulem Parthenopolitanum esset lethali sagittâ ictus
gloriosâ morte occubuit. Ejus in Electoratu forte,

nascendi Rudolphus I. cognomento Senior, ex debito filij in Patrem Pietatis officio, injurias paternas vindicatus, à Friderico Landgravio Thuringiæ, quem à gravitate morum Gravem dixere, adjutus, bellum contra Guntherum, gladio sæpius accinctum ferali, quam pedo pastoralis, restauravit, donec honesta, tuta & secura, interventu aliorum Principum, pax constituta est. Idem Woldemaro Electore Brandenburgico defuncto ditiones illius jure propinquitatis ad se pertinere contendens, à Ludovico, qui cum Romæ natus esset Romanus dictus, Ludovici IV. Imp. Boij Filio, quem populi Marchici amor & studium prætulit, exclusus est. Idem Electioni III. Imp. Henrici VII. Lucenburgici, Friderici III. Pulchri Austriaci, contra Bavarum (qui tamen reconciliatus illi partem ditionis Marchicæ indulgit) & Caroli IV. interfuit. Hujus posterioris gratia plurimum valuit, ac in Comitibus publicis exemplo majorum suorum, ad bellum contra Saracenos Asiaticum accendit. Sed cum vitæ & gloriæ satur per integros LVIII. annos Imperij Prætorio ac suis Provinciis benè & feliciter præfuisset & profuisset, decedens Rudolpho II. filio Spartam Septemviralem ornandam reliquit. Hic Patre superstite adolescens adhuc privatus Philippo Pulchro Regi Galliarum contra Eduardum III. Angliæ Regem militans egregia Martialis laureæ ornamenta promeruit, ac ab excessu Patris de disputabili in aliquot Oppida Jurisdictione territoriali, Ecclesiastica in Curia Pontificis Romani antiquum jus suum viâ Juris legitimâ sine armis asseruit. Huic mortuo Wenceslaus subrogatus, tota quidem Lutneburgensi Diocesi potitus, sed in Obsidione Cellensi, ex vulnere ad arcem Richlingam accepto, gene-

generosam & gloriosam appetens mortem, Rudolpho III. Primogenito, in regimine ditionum suarum ac Imperij cura locum dedit. Hic majore prudentia, quam Fortuna Princeps, cum ab Electione Ruperti Palatini pro Wenceslao Ignavo deposito creati Imp. Francofurti Comitiali Septemvirorum Urbe discedens Fritzlaræ in Hassia, à Comite Waldeccio ipso Pentecostes Festo propè lethaliter sauciatus convaluit quidem, sed brevi missus à Cæsare ad Bohemos Legatus, ab invidis suis veneno sublatus periit. Hunc Albertus III. Wenceslai filius Secundogenitus, qui etiam quarta luna & sinisterrimo Herculis laboriosissimi sidere natus fuit secutus est. Nam cum animi reficiendi causa venatum in saltus Lochavios excurrisset, ac cum Uxore & Gynæceo in casula quadam pernoctasset, orto ad meridiem noctis repente incendio, vix nudus cum Uxore evasit incolumis, adeò perculsus, ut contracto ex Panico illo terrore fatali morbo paucos dies supervixerit, & onerosam stationem suam moriens Johanni I. Lauenburgico, cum esset sine liberis, proximo Agnato jure in se suspiciendam deseruit. Ab hoc Electoralis Saxoniarum dignitas in Ericum I. II. utrumq; Lauenburgicum gradatim devenit. Quorum posterior in Comitibus à Moguntino Septemviralis Collegij Decano vocatus, suo suffragio Guntherum Schwartzenburgicum contra Carolum Bohemiæ Regem illud culmen nimis affectantem, designavit: Litem etiam cum Rudolpho II. agnato suo de potiore ad Electoratum jure, intendit; sed causa sua cecidit, & cum Filio suo Erico III. jure Successionis est exclusus. Ericus etiam IV. Filius III. Primogenitus, in Collatione Electuræ Saxoniarum, deficiente agnatorum stirpe, vel

vel quod beneficium illud Imperii non tempestivius si-
bi conferri petisset, vel aliis de causis privatum of-
fensionum & simultatum, ab Imp: Sigismundo præteri-
tus est. Sed ut jam à Secundo inclitæ Stirpis Ascaniæ ad
tertium, & ultimum Stemma divertat, quod auspiciatus
est Henricus I. Bernardi Filius, Alberti Ursi Nepos; qui
à Friderico I. Anobarbo Princeps Harcyniæ Anhalti-
nus constitutus, Gerundum Abbatem Munchenburghi-
um ob fœdas libidines cum Abbatisa Quedlinburgensi
exercitas, captum, & oculis, Lingvaq; privatum, diu-
turno mancipavit carcere, ob quod fulmine ictus Pon-
tificio Romam petiit, ac exemplum hoc severius statu-
tum, apud Pontificem Honorium deprecatus, ab eodem
prius dimisso Abbate, crimine falso, absolutus est. Nihil
hic dicam de Bernhardo I. Principe Anhaltino, Comi-
te Ascaniæ, & Dynasta Berenburgico, qui cum fratre
majore natu Sigefrido contra Marchiones Misniæ bel-
lum gesserunt? An v. fortitudine Sigefridi, qui, cum ar-
cem Rhenam Comes Falcosteinus insultans diriperet,
legitimus possessor ultionem cogitans Comitibus sociis,
Albertum cognomento Degenerem cum fratribus Mis-
niæ Marchionibus noctu in tentoriis suis securos op-
pressit, captivosq; abduxit, an verè Pietatem & Devotio-
nem, quod petalus polirici regiminis monastica vite
quietem & solitudinem amplexus, filio suo Alberto Se-
niori vivus & superstes habenas concesserit, plus laudi-
bus extulero, mecum ambigo: Sed Senior Albertus Pa-
tri vix septennium superstes filio suo cognomini Junio-
ri appellato provinciam regendi vacue fecit. Alberti Ju-
nioris filio Successori paterno Johanni I. licet valida in
Rege fuerit, fortuna tamen domi sua improspera fuit.
Nam

In Elisabetha Uxor, & Soror Germana Henrici Co-
mitis Hennebergici, quæ curarum maritalium alleva-
mentum esse debuisset, rixosa & jurgiosa Xantippe, ira-
rum & molestiarum per diem, perq; noctem, scaten-
tissima, adeo ut has interperies non amplius perlaturus,
sponte ab eâ secesserit. In hoc tamen felix, quod se
majorem haberet filium Sigismundum Principem ma-
gnanimiratis & fortitudinis gloria clarissimum; Quod
tum in Magdeburgico bello sacro, tum in acerrimo
conflictu propè Friezlariam, cæso Friderico Brunsvica-
no Duce in Cæsarem electo, ostendit. Sed eâ ætate Familia
Ascania jure in Marchiam Brandenburgicam habito,
prorsus excidit, ut Ludovicus IV. Imp. filio suo Roma-
no, illam ut beneficium Imperij conferret, & tractu
temporis, cum Sigismundus Cæsar, provinciæ in illam;
Friderico Burggravio Norimbergensi pro certa argenti
summa emtam. (Anhaltinis Principibus pro veteri ju-
ris sui prætensione LX. aureorum millia accipientibus)
plenis cum prærogativis & privilegijs Electoralibus sine
exceptione, contulit. Sigismundo illi in avitis ditioni-
bus successit filius major natus Georgius Senior, qui ex
quatuor Conjugibus sexum eximie multiplicans, ge-
nitis Woldemaro IV. Henrico, Rudolpho bellatore, &
Ernesto egregio Togatorum Principe, ac Filiabus splen-
dide elocatis. Non sine injuria Virtutum silentius, est
Woldemari Filius Wolfgangus, recti tenacissimus pro-
positi Princeps, actongævus, qui cum paucis alijs Prin-
cipibus & Civitatibus Imperij Augustanæ Confessioni
Carolo V. Imp. in Comitibus Augustæ celebratis, imis ex-
hibita, immotus animo subscripsit. Rudolphus verò
Woldemari Germanus Frater aliquot annos disqui-
lata

lata illustris generis sui dignitate D. Maximiliano
serviit: donec tandem prævisa ipsius heroica Indole
Virtute bellica ab Imp. agnitus, & honoratus, in bellis
Cæsaris diversis, Geldrico, Hungarico & Veneto du-
ctor copiis præfectus eminuit. Inprimis verò ejus
fortitudo in bello Veneto eluxit, cum bis præ-
lio Victor, primum ad Adulam montem, dein ad
Bachilionem amnem non procul Vincentiâ; ubi à
Bartholomæo Liviano Venetorum Principe tam arctè
circumventus, ut nulla elabendi copia ipsi esset, & cum
extrema omnia in oculis essent, desperatione in auda-
ciam accinctus, & gravi irritatæ necessitatis morfu ac-
census, tam strenuè secundo Marte cū suis copiis pugna-
vit, ut exercitu hostium vehementer dissipato, protrito,
ac in vicinū amnem acto, gloriosissimam reportarit vi-
ctoriam. Sed cum aperto Marte invictus semper steterit,
clandestinis insidiis & occulto veneno Veronæ turpiter
sublatus est. Hujus verò frater Ernestus intereā domi,
quod longè difficillimum, bonis pacis artibus, editis ju-
stitiæ & moderationis documentis præcellens, vix trien-
nium illi superfuit, relictis tribus filiis, Joanne, Geor-
gio, & Joachimo, non tam ditionum quam virtutum
paternarum hæredibus. Georgius præpositus Magde-
burgensis & Misnensis offensionum pro Orthodoxâ E-
vangeliî renati veritate avidus, abrogatis ceremoniis &
ritibus Romanensium, sensum de DEO & fide in meri-
tum Christi firmatâ purum, ac verum in Deum cultum
in Anhaltinis ditionibus introduxit; ac quod veri & le-
gitimi Episcopi & Pastoris est, in Marseburgensi Eccle-
sia oves sibi commissas verbo DEI pavit; ac more D.
Chrysostomi & aliorum primitivæ Ecclesiæ Doctorem
Homi-

